P. 80 n. 373[9]. Hoc fragmentum coniungendum esse cum n. 373[17] et 373[14] et 373[63] et duobus aliis frustulis recens repertis easque particulas esse basis oblongae, in cuius laterum angustiorum altero scriptus fuerit titulus, cognovit Lolling et inscriptionis redintegratae imaginem proposuit hanc (Δελτίον 1890 p. 146 n. 5):

373[14] 373[17] 373[9]

Ν Δ Ε Κ Ο Ρ Ε Ν Α Ν Ε Θ Ε Κ Ε Ν Α Π Α Ρ Χ Ε Ν
Λ Ο Χ Ο Σ Α Γ Ρ Α Σ Ε Ν Ο Ι Π Ο Ν Τ Ο Μ Ε Δ
Σ Ο Τ Ρ Ι Α Ν Ε Π Ο Ρ Ε Ν

373[63]

quae recte legit et supplevit sic:

[Τῇ]νδε κόρην ἀνέθηκεν ἀπαρχὴν | . . . λοχος ἄγρας,
ἣν οἱ Ποντομέδ[ων χρυ]σοτρία[ι]ν' ἔπορεν.

in restituendo epitheto Neptuni se Heberdeyi et Wilhelmi invento usum esse professus. Scilicet aut epigrammatis auctor forma quae est χρυσοτρίαινα pro nominativo usus esse statuendus, aut errasse quadratarius, qui ἔπορεν dederit pro eo, quod debebat, ἔπορες.

---

P. 80 n. 373[11]. Accesserunt duo frustula eiusdem lapidis recens reperta; cf. Δελτίον 1888 p. 140 n. 4. Composita exscripsit Lolling.

Υ Μ Ο Σ Ε Π Ο Ι Ν
Θ Ε Κ

Vs. 1 --υμος ἐποί[ησε]ν.

P. 80 n. $373^{13}$ (cf. huius voluminis p. 130). Huic basi statuam aliquando impositam fuisse aheneam Minervae eam, quae a. 1887 in arce eruta est e fundamentis Tholi quae vocabatur, invenit Studniczka, qui de hac re disputans in Ἐφημ. ἀρχ. 1887 p. 141 seq. (tab. 7) novam tituli imaginem proposuit reliquis paullo pleniorem; addit scilicet in lateris dextri angulo superiori litteras Κ Α Koehlero et Lollingio nondum visas.

---

P. 81 n. $373^{15}$. Particulam hanc esse basis eiusdem, cuius maior quaedam pars edita exstat ex eius apographo in *Sitzungsber. d. Akademie d. Wissensch. zu Berlin* 1888 p. 314 n. 4 (*'Wahrscheinlich beim Erechtheion gefundene Platte aus weissem Marmor. Lang 0,24, dick 0,055, breit 0,165. Eine der kürzeren Schmalseiten ist zur Aufnahme einer kleinen länglichen, etwa 0,08 zu 0,035 messenden Bronzeplatte, welche die Votivstatuette trug, eingerichtet. Die Platte war vermittels vier Stifte (von einem derselben ist noch ein kleiner Rest vorhanden) befestigt, von denen je einer an einer der vier Ecken lag. Es kann nicht als ganz sicher bezeichnet werden, dass die Platte nicht etwas grössere Dicke hatte; alsdann könnte die Inschrift als letzter Theil einer grösseren angesehen werden'*), cognovit postea Lolling fragmentorumque copulatorum transmisit ectypon chartaceum. Cf. Δελτίον 1891 tab. A n. 5.

Vss. 1—4 Πολ-- | ἀνέθ[ηκεν | δ]εκάτην | [ ]ι Χειμάρρου. Vs. 5 [Π]ολλίας ἐποίησεν.

Artifex fortasse idem fuit atque is, qui opus dedicavit. Patris eius nomen, quod vs. 4 scriptum legitur, forma utitur solitaria.

---

P. 82. 83 n. $373^{34}$ et $373^{36}$ coniungenda esse quum intellexisset Lolling (cf. Δελτίον 1888 p. 95 n. 2), postea etiam n. $373^{211}$ ad idem monumentum referendum esse cognovit lapidisque quantum fieri iam potuit redintegrati hanc proposuit imaginem Δελτίον 1891 tab. A n. 3:




Versus hos fuisse in aperto est, qui facili negotio redintegrari possunt in hunc modum:

[— ⏑ ἄγαλμ' ἀ]νέ[θη]κεν | [Ἀθ]ηνα[ίᾳ τόδ' ἀ]πα[ρ]χὴν |
[εὐ]ξ[άμενος] κού[ρ]η | [και]δ[ὲ Διὸς μ']εγάλου.

Quae vs. 4 ante litteram Ε lineae verticalis vestigia servata sunt, ea superesse de Η litterae figura additumque fuisse consonae initiali Μ spiritum asperum, plane ut in titulo n. $373^{208}$, recte adnotavit Lolling.

---

P. 86 n. $373^{61}$. Eiusdem tabellae fragmentum esse frustum illud, quod supra editum exstat n. $373^{64}$, ambo autem coniungenda cum tertio quodam recens invento significavit Lolling Δελτίον 1888 p. 140 n. 2, titulum iam integrum esse simul adfirmans. Idem lapidis compositi hoc misit exemplum:




Altus iam lapis 0,25, l. 0,86, cr. 0,07—0,08.

[Δε]κάτην Ἀθηναίᾳ πολιούχῳ | [Ἡ]ρακλείδης μ' ἀνέθηκεν Γλαυκίου.

Vs. 2 [Ἡ]ρακλείδης Lolling. Formis litterae Thetae ⊕ et Ο promiscue usum esse lapicidam notandum est; vs. enim 2 Ο exstare in lapide scriptum nunc etiam Lollingio visum.

---

P. 86 n. $373^{99}$. Novam tituli imaginem proposuit Studniczka in *Jahrb. des Deutsch. arch. Institute* 1887 p. 143 hanc:

qua ipsa imagine improbabilem esse coniecturam demonstratur, e qua legendum esse opinatus est Κρίτων Ἀθηναίᾳ ὁ Σκύθου ἀν[έθηκε καὶ ἐ]ποίη[σεν vel ἐ]ποίει. Falsam esse omnino evicit Lollingii diligentia, qui lapidem fractum redintegravit addito a dextra fragmento illo, quod ex apographo eius editum exstat in *Sitzungsber. der Akademie der Wissensch. zu Berlin* 1888 p. 241 n. 11 (*'Rechte Stossfläche'*), et aliis tribus frustulis, quae conquisivit, publicavitque eius imaginem Δελτίον 1891 tab. A n. 4 hanc:

Κ Ρ Ι Τ Ο Ν Α Θ Ε Ν Α Ι Α Ι ⁝ Η Ο Σ Κ Υ Θ Ο ⁝ Α Ν Ε Θ Ε Κ Ε Μ Ε
Π Ο Ν . . . Ε Π Ο Ι Ε . . Ε Ν

Κρίτων Ἀθηναίᾳ ὁ Σκύθου ἀνέθηκέ με. | Πολ[λίας] ἐποίη[σ]εν.
Polliam artificem habes etiam n. 373[15] (huius voluminis p. 180).

---

P. 87 n. 373[86]. Cf. Borrmann *Jahrbuch des Deutsch. arch. Instituts* 1888 p. 274 n. 13.

---

P. 87 n. 373[89]. Cf. Borrmann *Jahrbuch des Deutsch. arch. Instituts* 1888 p. 273 n. 9.

---

P. 88 n. 373[90]. Novum fragmentum partis superioris huius monumenti nuper est adinventum, quo addito superior versus sic suppletur (cf. Lolling Δελτίον 1890 p. 42 n. 4):

Θ Ε Ο . . . Ο Σ Ι Λ Λ . . . . . . . . . Ν Ε Σ Ι Μ Ο ⁝ Η . . . .

ex quo tituli verba haec fuisse intellegitur:

Θεό[δω]ρος ἀν[έθηκεν, Ὀν]ησίμου '[υιός],

ut eum iam non artificis, sed item dedicatorium esse adpareat ideoque abiciendam coniecturam, quae prolata erat de Theodoro Samio donarii auctore. Nihilominus non cum Lollingio recentiorem filii titulum existimaverim, scriptum videlicet, quum ille patris donarium deletum renovandum curasset, propterea, quod Theodorus recentiore forma litterae sibilantis Σ usus sit, sed eodem tempore communi opera elaboratum et dedicatum donarium a patre et filio haud dubitanter adfirmaverim, quorum ille Ϟ, hic Σ pro more suo scribens praeoptaverit. Quamvis enim rariorem vel rarissimum fuisse Athenis usum formae Σ vetustis temporibus concedendum sit, tamen recentiorem eum non esse altero formae Ϟ vasculorum antiquissimorum inscriptionum testimoniis nunc puto satis constare.

P. 88 n. 373[91]. Statuam Antenoris basi olim impositam, cuius hoc superest fragmentum, indagasse sibi visus Studniczka pluribus de monumenti forma pristina disseruit in *Jahrbuch des Deutsch. arch. Instituts* 1887 p. 135 seqq., repetita etiam tituli imagine p. 135. De cuius sententiae veritate etsi et potest dubitari et dubitatur a nonnullis, equidem hoc nolim premere; sed quae de Nearcho donatore reprobata Roberti coniectura protulit, in eis longe eam a vero aberrasse haud dubitanter adfirmaverim. Post Studniczkam statuam una cum basi et inscriptione repraesentavit Wolters *Antike Denkmäler herausgeg. vom Kais. Deutsch. arch. Institut* I 1890 tab. 53 (cf. p. 43), qua ex imagine discitur, duo nova accessisse basis frustula recens, ut videtur, reperta vel agnita, ut duorum priorum versuum inscriptionis iam haec habeatur species:

Ν Ε Α Ρ Χ Ο Σ Α Ν . Θ Ε Κ Ε
Υ Σ Ε Ρ Γ Ο Ν Α Π Α Ρ Χ Ε Ν . . Ι Α Ω

Itaque alterum certe versum a Roberto rectissime esse suppletum iam in propatulo est, nec de priore me iudice est cur dubitetur.

---

P. 88 n. 373[93]. Huic fragmento a dextra n. 373[137] adiungendum esse postea indagavit Lolling (cf. Δελτίον 1889 p. 119 n. 3). Coniunctorum exemplum transmisit idem.

373[93] 373[137]

Ε Σ Ε Υ Μ Α Ρ Ε Σ

- - ης. Εὐμάρης - -

---

P. 89 n. 373[95]. Lollingii laudabili sollertia effectum est, ut fragmentum hoc cum n. 350 fragmento *a*, a *b* separando, coniungendum esse cognosceretur (cf. Δελτίον 1888 p. 118 n. 3) tertiumque recentiore tempore inventum a dextra parte adaptaretur (cf. Δελτίον 1889 p. 119 n. 8). Redintegratum titulum cum commentario ipse edidit in Ἐφημ. ἀρχ. 1888 p. 73. 74. Eius igitur forma iam haec est:

350*a* 373[95]

Α Ρ Χ Ε Ρ Μ Ο Σ Ε Π Ο Ι Ε Σ Ε Ν Ο Χ Ι Ο Σ
Ι Φ Ι Δ Ι Κ Ε Μ Α Ν Ε Θ Ε Κ Ε Ν Α Θ Ε Ν Α Ι Α Ι Π Ο Λ Ι Ο Χ Ο Ι

Ἄρχερμος ἐποίησεν ὁ Χῖος.
Ἰφιδίκη μ' ἀνέθηκεν Ἀθηναίᾳ πολιούχῳ.

P. 89 n. 373⁹⁹. Editum exstat monumentum in Ἐφημ. ἀρχ. 1887 p. 145. 146 not. 2 transcriptione non addita nec commentario. Cf. Borrmann in *Jahrbuch des Deutsch. arch. Instituts* 1888 p. 271 n. 2.

---

P. 90 n. 373¹⁰⁰. Monumentum delineatum repraesentavit Borrmann in *Jahrbuch des Deutsch. arch. Instituts* 1888 p. 272 n. 4.

---

P. 90 n. 373¹⁰². Altera eiusdem artificis memoria servata est maximam partem oblitterata, columellae incisa marmoris Pentelici l. 0,20, quae inventa est prope Erechtheum ad arcis murum septentrionalem. Edidit et collato titulo nostro scite supplevit Lolling Δελτίον 1888 p. 92 n. 9 (minusculis). Exscripsit idem.

/ / / / / / / Ο V Η Ο Ν
/ / / / / / / / / / Ν Ο S
/ / / / / / / / / / Σ Ρ Ν

[Φιλ]ων σύν|[τροφί]νος | [ἐποίη]σεν.

---

P. 90 n. 373¹⁰³. Monumentum delineatum exstat apud Borrmannum in *Jahrbuch des Deutsch. arch. Instituts* 1888 p. 272 n. 5.

---

P. 92 n. 373¹¹⁴. Cf. Borrmann in *Jahrbuch des Deutsch. arch. Instituts* 1888 p. 273 n. 7.

---

P. 92 n. 373¹¹⁷. Statuae Minervae aheneae, quae huic basi inserta fuisse statuitur, inventae a. 1886 in arce ad Erechtheum, imaginem una cum titulo repraesentavit Studniczka in Ἐφημ. ἀρχ. 1887 p. 138. 139.

---

P. 92 n. 373¹¹⁸ (cf. huius voluminis p. 132). Imaginem tituli repraesentavit de monumento nostro fusius disputans Winter in *Jahrbuch des Deutsch. arch. Instituts* 1887 p. 220. Cf. Borrmann ibid. 1888 p. 271 n. 1.

---

P. 93 n. 373¹²¹. Inspicientibus imaginem lapidis a Lollingio delineatam, quam ego fideliter repraesentandam curaveram, et legentibus, quae ille praeterea adnotaverat, non licuit suspicari, fractum esse lapidem a superiore vel potius dextra parte nec integrum exstare titulum lapidi inscriptum. Adparuit tamen postea revera esse fractum et copulandum cum fragmento, quod supra exhibuimus n. 373¹⁹ (cf. Δελτίον 1888 p. 140 n. 1). Novam igitur transmisit Lollingius lapidis redintegrati imaginem hanc:




addens '*Länge a b = 0,55, Breite c d = 0,24, Höhe a c = 0,16.*'

Patet igitur iam votivum fuisse monumentum. Titulus autem si est integer, statuendum erit necessario errasse lapicidam omissa litterula una, quam incidere debebat decimo quinti versus loco: Τἀθηναίᾳ | δεκάτην | χωρίον | Ἀθμονόθεν | Χαιρέδημο[ς] Φιλέα ac. ἀνέθηκεν.

---

P. 94 n. 373¹⁴¹. Novum accessit fragmentum a sinistra parte adaptandum, cuius ope titulus suppletur; cf. Δελτίον 1888 p. 140 n. 3. Lapis iam altus 0,11, l. 0,20, cr. 0,17, superficie plana. En Lollingii exemplum:




[Δ]ιοπ[ειθ]ης | [ἐ]ποί[η-σ]εν supplevit Lolling.

P. 97 n. $373^{114}$. Alterum maius accessit fragmentum columellae, quo a sinistra vel superiore parte adaptato altitudo monumenti aucta est ita, ut iam sit 0,71, diam. in superiore parte 0,12, in inferiore 0,14. Coniuncta fragmenta edidit Lolling Δελτίον 1888 p. 118 n. 4. Nos adcuratiore eiusdem utimur apographo. Cf. *Mitth. des Deutsch. arch. Instituts zu Athen* XIII (1888) p. 142 not.

|ΓΙ Ο Ι Ξ Κ Υ Ν Ε Θ Ε Κ Ε : Τ|Ξ Ι Θ Ε Ο Ι

Patet iam titulum versu senario conceptum fuisse:

[⏑ – ἐ]ποίει κἀνέθηκε τῇ θεῷ.

P. 97 n. $373^{119}$. Statuam una cum basi et titulo delineatam exhibuit Studniczka in Ἐφημ. ἀρχ. 1887 p. 134. 135.

P. 98 n. $373^{187}$. Quattuor novis fragmentis additis auctum et redintegratum titulum edidit Lolling Δελτίον 1889 p. 119 n. 6 (minusculis). Idem misit apographum.

Φ Α Ι Δ Ο Ν Α Ν // Θ Ε Κ Ε Ν // Ο Κ Τ Ε Σ Ι // // // // // Θ Ε Ν Α Ι Α Ι

Φαίδων ἀν[έ]θηκεν [ὁ] Κτησί[ου τῇ Ἀ]θηναίᾳ.

P. 100 n. $373^{202}$. Cf. *Antike Denkmäler herausgeg. von dem Deutsch. arch. Institut* I, 3 (1888) tab. 29.

P. 101 n. $373^{208}$. Quattuor alia eiusdem basis fragmenta eruta sunt post *a* et *b* reperta eodem loco ad murum arcis septentrionalem, *c* et *d* anno 1886, *e* et *f* anno proxime insequente. Composuit et compositorum imaginem publicavit Lolling Δελτίον 1888 p. 94 n. 1. Haec igitur iam est lapidis forma:

Versus pentametri lectio certa; hexametri verba aliter atque a Lollingio factum legenda et supplenda esse equidem existimo. Legendum videtur:

Σοί [με], θεά, τόδ' ἄγα[λμ' ἀνέθ]ηκε Μελάνθυρο[ς ἔργων]
εὐξάμενος δε[κάτ]ην παιδὶ Διὸς μεγάλου.

P. 101 n. $373^{215}$. Tituli imaginem proposuit Studniczka in *Jahrbuch des Deutsch. arch. Instituts* 1887 p. 145, figulorum priori Nesiadae nomen fuisse autumans nullam aliam ob caussam, nisi quod qui in lecytho quadam Attica e Cypro insula nuper Londinum allata figulus inscriptus legitur Pasiades laesa ex parte littera initiali, eum non diversum esse a nostro sibi persuaserat, nescio utrum Νασιάδης an Νησιάδης in vase Londinensi scriptum olim fuisse opinatus. Utut est, errasse eum manifestum est; constat enim in vasculo illo scriptum exstare Πασιάδης, quod quin Πασιάδης fuerit, non Νασιάδης, non dubitabit profecto nisi qui mente praeoccupata ad caussam diiudicandam accesserit.

P. 104 n. 418*h*. Alterum huius basis fragmentum inter lapides olim in arce erutos repperit Lolling et nostro a dextra parte adaptavit. Ambo fragmenta lapidis sunt Hymettii, deleta ambo a parte postica, ita tamen, ut in superficie alterius supersint vestigia unius excavationis inserendo donario aptae. Composita fragmenta edidit Lolling Δελτίον 1889 p. 181 Γ mihique misit eorum apographum, quod subiecimus:

Ͳ Ο Ν Ι Γ   Ε   Ο Ν Ι Η
Ν Ι Ο Ι Σ   Ν Ϲ   Ͻ Ν Τ
Σ Ε Ν Ι Ε Ͱ Ε Ν   Ξ Ρ Γ

Ne sic tamen unquam fieri potuisset, ut verba tituli inscripti certa ratione legerentur et restituerentur, nisi forte fortuna eodem tempore extracta esset e munimentis muri arcis meridionalis basis oblonga in complura fragmina disiecta, item marmoris Hymettii, quae et mensurae ratione et forma litterarum tituli in longiorum antica, quae olim fuit, facie incisi illi est simillima, praesertim quum verba ipsa tituli plane eadem fuisse facile intellegatur. In superficie complures cernuntur excavationes, quarum ratio ea est, ut equi figura basi quin fuerit olim imposita, dubitari neutiquam possit. Edita inscriptio est a Lollingio l. l. A littera notata; nos damus e fide apographi ab eodem transmissi.

// O I H · // // H S A Π O · O N Π O L E M I O N H I Π Π A R // O //
T O N L A K E Λ A I M O N I O Ξ E N O Φ O N · O S Π R O N · // //
· V K // // // // Π O · I I E Π N E L E Y Θ E R F Y S M Y R O N // //

Iam adparuit dedicationis formulam in utraque basi eandem inscriptam fuisse his conceptam verbis:

[Ὁ]ι ἱ[ππ]ῆς ἀπὸ τῶν πολεμίων ἱππαρ[χ]ού[ν]-
των Λακεδαιμονίου Ξενοφῶντος Προ - - -

eique subiectam hanc artificis designationem:

Λύκ[ιος ἐ]ποίησεν Ἐλευθερεὺς Μύρων[ος].

Vs. 2 exeunte Πρ[νάπου] pro eo quod debebat Προνάπους scriptum fuisse coniecit Lolling, ut tres tunc temporis sumantur munere functi esse magistri equitum. Fuit quum ego M, non N in lapide fuisse supplendumque potius Προ[μάχο] esse suspicarer; sed rogatus a me Lollingius, ut littera illa dubitabilis qualis fuisset accuratius perscrutaretur, denuo inspecto lapide mihi respondit haec:

*'Als ich mich mit der Zusammenfügung und Aufstellung des in Rede stehenden Steines beschäftigte, stieg mir wiederholt ein Zweifel daran auf, ob sich wirklich* d r e i *Hipparchen aufgeführt fänden und ob nicht etwa* Προμάχο *da gestanden haben könnte; schon damals habe ich mit Anderen (wenn ich mich recht erinnere z. B. mit Wolters und Foucart) den Stein darauf hin untersucht, aber immer wieder die Unmöglichkeit constatirt, nach dem* Π P O *etwas anderes zu lesen als* N. *Auf Ihre Anregung hin habe ich jetzt nochmals zugleich mit Anderen den Stein wieder darauf geprüft und bleibe bei der Behauptung, dass der fragliche Buchstabe nur ein* N *gewesen sein kann und die auf der Ihnen zugesandten Copie verzeichneten Reste eines solchen genau wiedergegeben sind.'*

Referendas autem esse has equitum memorias ad monumenta illa celeberrima, quae in aditu arcis ante Propylaea collocata fuisse significat Pausanias 1, 22. 4 e more suo verbis de industria obscurioribus: *ἐς δὲ τὴν ἀκρόπολίν ἐστιν ἔσοδος μία· ἑτέραν δὲ οὐ παρέχεται, πᾶσα ἀπότομος οὖσα καὶ τεῖχος ἔχουσα ἐχυρόν. τὰ δὲ προπύλαια λίθου λευκοῦ τὴν ὀροφὴν ἔχει, καὶ κόσμῳ καὶ μεγέθει τῶν λίθων μέχρι γε καὶ ἐμοῦ προεῖχε. τὰς μὲν οὖν εἰκόνας τῶν ἱππέων οὐκ ἔχω σαφῶς εἰπεῖν, εἴτε οἱ παῖδές εἰσιν οἱ Ξενοφῶντος εἴτε ἄλλως ἐς εὐπρέπειαν πεποιημέναι· τῶν δὲ προπυλαίων ἐν δεξιᾷ Νίκης ἐστὶν ἀπτέρου ναός*, sive sua ipsius falsus inscitia sive eius quo auctore usus est, verissime statuit Lolling; nec minus recte Lacedaemonium Cimonis filium intellegendum esse, Xenophontem autem eum, qui quum bello Samio a. 441/40 inter praetores fuisset, a. 429 eodem munere fungens caesus est ad Potidaeam, Euripidis filium Melitensem (cf. Thucydides 2, 70. 79), perspexit. Praeterea quum litterae sibilantis forma S fere ubique (nam in prioris monumenti vs. 3 dubia res) utatur lapicida, donaria haec haud ita multis post medium saeculum quintum a. Chr. annis in arce collocata esse sponte adparet. Qua vero in expeditione equites Atheniensium praeda illa potiti sint, e qua statuas illas fabricandas curaverunt et dedicaverunt, certa ratione definiri nequit; expeditionem in Euboeam insulam a. 446 susceptam intellegendam esse suspicatur Lolling, quae tamen suspicio etsi falsa esse demonstrari nequit, tamen veram esse certo statuere non licet.

Posituram autem donariorum quae fuerat ab initio postea aliquando esse immutatam inde colligitur, quod etiam in inferiore planicie eius lapidis, qui integer servatus est, sculptae exstant excavationes item inserendae equi figurae adaptatae, et in postica facie longiore eiusdem inversis litteris incisus legiter titulus hic (cf. Δελτίον l. l. B), quem e fide apographi damus a Lollingio transmissi:

// O I H · Π Π H S / Π O T O N Π O L E M I O N H I Π Π A R + / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / / / · M O N I O T // Ν O Φ O N T O S Π R O // · // //
/ / / / / / / / / / / / / / / / / / / / / / / / / / / ' Θ E R F Y S M Y R O / N O // //

quam imitationem esse non nimis curiosam tituli, qui in antica legitur, patet, factam illam, postquam lapis inversus est, aetate multum recentiore, ut forma docet novicia litterarum My et Theta, M et Θ. Huius vero mutationis quae caussa fuerit, latet. Etenim etsi statuas, quae circa annum 446 primum in arce collocatae sunt, quo tempore propylaea Mnesiclis fuerunt nulla, quum posteriore tempore ante ipsa illa propylaea sedem habuisse constet, post aedificationem eorum absolutam aliquando illuc translatas esse sede mutata sumendum sit necessario, tamen illam lapidis certe alterius conversionem et tituli iterationem nihil commune habere cum ista monumentorum translocatione concedendum est, si verum est, quod sumitur, translata esse donaria et ante propylaea collocata eo ipso tempore, quo propylaeorum opus absolutum est, anno scilicet 433/32 a. Chr. natum. Qua de re conferantur quae disseruit Kawerau ap. Lollingium l. l. p. 182 seqq.

Ceterum ne antiquiores quidem titulos eos esse, qui ab origine monumentis fuerunt inscripti, sed item imitationes seriore aetate incertum qua de caussa confectas contendit Lollingius, provocans et ad Hymettii lapidis usum prisca aetate insolitum et litteras Ionicas H et Σ a quadratario admixtas Atticis. Equidem dubius haereo; certe litteras Ionicas iam eis annis, qui quadringentesimum quinquagesimum a. Chr. natum proxime insecuti sunt, facile potuisse scripturae Atticae insinuari, sive Atticus homo fuit quadratarius, sive peregrinus, persuasum habeo.

---

P. 106 n. 422[11] et [12] ipse edidit postea Milchhoefer in *Mitth. des Deutsch. arch. Instituts zu Athen* XIII (1888) p. 358 n. 733 et p. 361 n. 761, qui in n. 422[12] vs. 1 extr. T O L, vs. 2 extr. Π R expressum dedit.

P. 106. Post 422[12] adde:

**422[13]** Cippus marmoris Pentelici ab inferiore parte fractus, ex septem compositus frustulis repertis ad turrim meridiem versus sitam a porta arcis recentiore, quae a Beuléo nomen traxit, a. 0,40, l. 0,31, cr. 0,11; '*αἱ τοῦ διαβήτου γενόμεναι ἐν τῷ μέσῳ τῶν κυκλοτερῶν γραμμάτων στιγμαὶ ἐξηφανίσθησαν πολὺ ἀδεξίως.*' Edd. Foucart *Bull. de corr. Hell.* XIII (1889) p. 159 n. 1, Lolling Δελτίον 1889 p. 127 n. 1.

*Var. lect.* Vs. 9 in. Ↄ litterae vestigia ante Σ praebet exemplum Foucarti.

*...όδωρός μ' | ἀνέθηκ' Ἀφροδ|ίτῃ δῶρον ἀπα|ρχήν.*
*πότνια, τ|ῶν ἀγαθῶν τοῖ|ς σὺ δὸς ἀφθον|[ί]αν,*
*εἰ τι λέγ|[ου]σι λόγους ἀδίκ|[ω]ς ψευδῶς κα|[τ'] ἐκ[είνου],*
*τῶ[ν - - - -*

Nomen eius, qui donarium pilae olim impositum dedicaverat, e litterarum quae deficiunt numero *Ἡρόδωρος* fuisse conicias; quod quidem nomen quum adversante ipsius natura metro dactylico includi non posset, auctor epigrammatis licentia usus est ea, quam in talibus quasi legibus concessam solemnem fuisse aliorum exemplorum testimonio satis constat. Venerem, cui oblatum est donarium, eam intellegendam esse, quae τῆς Πανδήμου cognomine ab Atheniensibus publice colebatur, inscriptiones aliquot recentiores docent una cum nostro titulo eodem loco effossae. Notanda praeterea forma contracta ψευδῶς hic primum obvia et scribendi genus inconstantia insigne, quo usus est lapicida, formis antiquioribus et recentioribus Φ et Θ promiscue usus, item formas, quae iuxta in usu erant, cum licentia miscens (R et P). Titulum exeunte sexto vel ineunte quinto a. Chr. seculo exaratum esse conicias.

**422[14]** Inter antiquitates varii generis, quae sex inclusae cistis, ut exportarentur, apud privatum quendam Piraeei habitantem deprehensae et traditae sunt museo Piraeensi, inventus est discus marmoreus pictus, in undecim frusta disiectus, cr. 0,02, diam. circa 0,27. Pictura imaginem hominis barbati refert in sella residentis; a dextra et a sinistra imaginis foramina duo fila ferrea retinentia, quibus parieti olim affixum fuisse opus videtur. Prope marginem incisus titulus litteris partim rubro partim caeruleo colore ex ordine tinctis. Descripsit et titulum minusculis expressum edidit Dragatsis Δελτίον 1889 p. 80 et 151 seq. Exscripsit Lolling.

*Μνῆμα τόδ' Αἰνείου σοφίας ἰατροῦ ἀρίστου.*

Donarii loco hanc memoriam in sacello nescio quo dedicatam fuisse persuasum est. De Aeneo cogitabat editor, cuius mentio fit in Nebridarum stemmate apud Stephanum Byzantium s. v. Κῶς. — *ἦν δὲ Ἱπποκράτης τῶν καλουμένων Νεβριδῶν. Νεβρὸς γὰρ ἐγένετο ὁ διασημότατος τῶν Ἀσκληπιαδῶν — οὗ Γνωσίδικος, Γνωσιδίκου δὲ Ἱπποκράτης καὶ Αἴνειος καὶ Ποδαλείριος, Ἱπποκράτους Ἡρακλείδης, οὗ Ἱπποκράτης ὁ ἐπιφανέστατος.*

---

**422[15]** Fragmentum columellae lapidis Pentelici (diam. circa 0,20) a. 0,30. Titulus scriptus erat in parte superficiei laevigata versibus duobus. Repertum est a. 1890 Rhamnunte a fodientibus iussu societatis archaeologicae in area templi Nemesis. Exscripsit Lolling.

Ἀριστε(α) - - | ἀνέθηκε - -

---

**422[16]** '*Basis aus dunkelblauem Kalkstein, die eine ebenfalls aufgefundene Jünglingsstatuette trug; diese wird von den Archäologen in die letzten Jahrzehnte des fünften Jahrhunderts gesetzt. Höhe 1,04, Dicke 0,31, obere Breite 0,46, untere Breite 0,37.*' Reperta est a. 1890 Rhamnunte a fodientibus iussu societatis archaeologicae in area templi Nemesis. Exscripsit Lolling.

*Forma lapidis*



ΛΥΣΙΚΛΕΙΔΗΣΑΝΕΘΗΚ
ΕΝΕΠΑΝΔΡΙΔΟΥΟΣΑΡΗ
ΑΡΧΗΝΤΟΝΔΕΘΕΑΙΤΗΙ
ΔΕΗΤΟΔΙΧΕΙΤΕΜΕΝΟΣ

*Not.* Vs. 3 litteram A, vs. 4 E imperfectas reliquit quadratarii neglegentia, vs. 2 exeunte H intrusit delendam nec tamen deletam.

Λυσικλείδης ἀνέθηκ|εν, Ἐπανδρίδου υἱός, ἀπ(η)|αρχὴν
τόνδε Θε(ᾶ)ι τῆ|δε, ἣ τόδ᾽ (ἔ)χει τέμενος.

Litteratura Ionica est, sermo Atticus (cf. genetivum qui est Ἐπανδρίδου). Auctor epigrammatis quod Lysiclidis nomen versui inserens metro vim inferre non dubitavit, suo id iure fecit in nomine scilicet proprio; at in versu pentametro condendo turpiter lapsus est metro vitiato nulla cogente necessitate.

---

**422**[17] Fragmentum tabulae anaglyphae marmoris Pentelici a dextra et sinistra truncatum, a. 0,75, l. nunc 0,37, extractum nuper Eleusine e muro Byzantinae aetatis a fundi possessore I. Rigo. Repraesentatur pugna equitum hostes fugantium et prosternentium. In inferiore margine incisus titulus. Ed. Brueckner *Mitth. des Deutsch. arch. Institute zu Athen* XIV (1889) p. 398 seqq. tab. XII.

Σ Ε Π Ι Ζ Η Λ Ο Ι Π /// Α Ρ Χ Ε

- - - ς Ἐπιζήλου ἐπ[π]αρχή[σας - - -

Litteris Ionicis usus quadratarius semel tamen immiscuit Atticum E pro H, ut titulum ad tempora saeculi quinti exeuntis referendum esse probabile sit. Epizeli filium Pythodorum intellegit Wilamowitzius, quem pluribus ea de re disputantem conferas ap. Bruecknerum l. l. p. 399 seqq., lectumque fuisse in titulo suspicatur [Πυθόδωρο]ς Ἐπιζήλου ἐπ[π]αρχή[σας τοῖν Θεοῖν].

---

P. 111. Post n. 462 *e* adde:

**462** *f* *'Zwei Fragmente einer 0,15 dicken weissen Marmorplatte, gefunden 1890 bei den Ausgrabungen der archäologischen Gesellschaft am Nordende der Attalosstoa.'* — *a* a. 0,44, l. 0,28 margine sinistro integro — *b* a. 0,29, l. 0,16; a dextra exstat margo. *'Der untere Theil der Oberfläche dieses Fragmentes ist zerstört und darum ungewiss, ob etwa noch mehr Zeilen folgten.'* Exscripsit Lolling. Ed. nuper Kumanudis Ἐφημ. ἀρχ. 1890 p. 105. 107 n. 1. 2 (minusculis), qui fragmentum *a* altum esse 0,33, latum 0,26, contra *b* altum 0,30, latum 0,15 praedicat, de *a* adnotans praeterea haec: *καὶ φαίνεται ἐκ τῆς κάτω ἐργασίας του, (ἔνθα ἐξοχή τις ὑπελείφθη ἀρχῆθεν) ὅτι εἶναι τὸ κατώτατον μέρος τῆς πολὺ μεγάλης καὶ κατὰ ἓν ἴσως ἔτι τρίτον πλατυτέρας στήλης, ὥστε νὰ χωρῇ καὶ τρίτην σελίδα ὀνομάτων.*

*(Textum vide p. 187.)*

Indicem hunc nominum per duas columnas nec plures scriptum fuisse in tabula suspicor eamque secutus opinionem fragmentorum quae servata sunt ordinem institui. Fateor tamen rem dubiam posse videri.

Ceterum conferatur fragmentum n. 462 *d*, quod eadem in regione atque nostra repertum esse fertur.

*a*

Col. I

- - -
. . . . . . . ης
. α - - -
Ἀμφιδημίδης
Σωτίλης
[Ἱ]εροκλείδης
Πειθίας
Φιλ[ω]νίδης
Βλ[έ]πυρος
Ἀρ[ι]στόδημος
Δημοχάρης
Λυσόφημος
Τελέσιππος
Τίμων
Ναυσικράτης
[Σ]ωγένης
[Ε]ὔδημος
[Κ]αλλιμέδων
[Β]ίων
[Ἐ]πιχάρης
[Ἐ]ργοχά[ρ]ης
. . λων
[Μ]ε[ν]εκ[λ]είδης
[Π]είσι[π]πος
Εὐθία[ς]
[Ἀρ]χικλῆς
[Ἐ]ργο[κ]λῆς
[Ἀ]ριστοφάνης
. . . . . κς
. . . . . . . νός

Col. II

- -
Καλ[λ - -
Εὐθι(υ) - -
Λυσαν - -
Γλαυκ - -
Μένων
Κλειτο - -
Μεσο - - -
Εὔδει[ς]
Τιμοχ - -
vac.

*b*

Α
ꓥ Σ
ΡΕΤΟΣ
ΣΕꓶΟΣ
ΣΥΚꓶΕΙΔΕΣ
ΙΣΤΡΑΤΟΣ
Ν
ΤΕꓶΕΣ
ΚΡΑΤΕΣ
ꓥΣΙΑΣ
ꓶΙΡ//Σ
ΔΟΜΙΑΣ
ΓΟΒΟΛΟΣ *sic*
ΙΚΟΣ
ꓶΕΜΟΝ
ꓥΥΣΟΦΑΝΕΣ
ΙΝΙΑΣ
ΑꓶΙΟΝ
ΦΑΝΕΣ

*a*

ΞΣ
Ι
ꓥΜΦΙΔΕΜΙΔΕΣ
ΣΟΤΕꓶΕΣ
//ΙΕΡΟΥꓶΕΙΔΕΣ
ΡΕΙϹΙΑΣ
ΣΙ////ΤΑΔΕΣ
Βꓶ//ΠΥΡΟΣ
ΑΡ//ΣΤΟΔΕΜΟΣ
ΔΕꓥΟΧ/ΡΕΣ
/ΥΣΙΦΕΛΟΣ
ΤΕꓶΕΣΙΠΠΟΣ
ΤΙΜΟΝ
ΝΑΥΣΙΚΡΑΤΕΣ
ΟΛΕΝΕΣ
//ΥΔΕꓥΟΣ
//ΑꓶꓶΙΜΕΔΟΝ
//ΙΟΝ
//ΠΙΧΑΡΕΣ
//ΡΛΟΧΑ//ΕΣ
////ꓶΟΡ
//_//Ε////ΕΙΔΕΣ
//ΕΙΣΙ//ΡΟΣ
ΞΥΘΙΑ//
////ΧΙ///ΕΣ
//ΡΛΟ//ꓶΕΣ
//ΠΡΟΦΑΣΙΣΤΟΣ
//////////ΞΣ
//ΟΣ

ΚΑꓶ
ΕΥΘΙ
ꓶΥΣΑ//
ΑꓶΑΥ//
ΜΕΝΟ//
ΚꓶΕΤϹ
ΜΕΣΟ
ΕΥΔΙϹ
ΤΙΜΟ

*vac.*

*Var. lect.* *a* col. I vs. 2 .Ι..α.. || vs. 7 Φι(λη;)ταδες || vs. 11 Λυσί(δ)ημο(ς || vs. 18 Δ;)έων; potuit nimirum etiam [Β]ίων || vs. 21 Φί;)λων || vs. 22 ...εν(ν;)είδες || vs. 23 Θ)έρτι(π)πος || col. II vs. 2 Εὐθυ. || vs. 5 Μενο...

*b* vs. 1 .....λ;α;. || vs. 16 ...α;χοφάνες || vs. 18 Παντ)αλέων; || vs. 19 ........ες, vicesimum addens praeterea hunc: ......ρες. Kumanudis.

*b*

Vs. 16 [Διο]νυσοφάνης scriptum fuisse in aperto est; ergo quum versus antecedentes trium litterarum spatio a sinistra decurtatos esse, nisi fallor, probabile sit maxime, si recte litterarum positura in apographo notata est a Lollingio, statuendum erit in versu illo et fortasse etiam in sequentibus turbasse ordinem ipsum quadratarium. Ceterum notanda littera Ionica Λ pro Attica Ⱶ admixta vs. 13 ab eodem.

- - -
. . . . . . . α -
[Χαρί]ας
[Κλεά]ρετος
[Ἐπί]ζηλος
[Θρα]συκλείδης
[Λυσ]ίστρατος
[Δ . . ω]ν
[Ἐπι]τέλης
[Ἐχε]κράτης
[Ηρα]ξίας
[Καλ]λῖν[ο]ς
[Ἐβ]δεμίας
[Κρι]τόβουλος
[Εὔν]ικος
[Πτο]λέμων
[Διο]νυσοφάνης
- - ινίας
- - αδίων
- - ο]φάνης
- - -

P. 113 n. 477*k*. Cf. Conze *Die Attischen Grabreliefs* I tab. XIII p. 10 seq.

P. 113. Post 477*m* addantur:

**477*n*** Fragmenta duo marmoris albi, eruta e tumulo sepulcrali prope *Velanidezam* Atticae. Composita ed. Staïs Δελτίον 1890 p. 27.




Recte si composita sunt fragmenta, concedendum est editori titulum fuisse versuum sex septemve, versus singulos, quum litteras quae servatae sunt ex ordine στοιχηδὸν esse incisas adpareat, litterarum undenarum. Sed errare eum in eo persuasum est, quod mera mortuorum nomina in lapide enarrata esse sumit; immo carmen sepulcrale lapidem exhibere unius hominis memoriae dicatum certissimum est; cuius quidem carminis versum priorem hexametrum his verbis conceptum fuisse:

[Σώ]φρων, εὐ[ξύ|ν]ετος Σε[νάρ|η]ς, πι[νυτ]ός, τὰ | κάλ' [εἰδώ]ς

haud dubitanter adfirmaverim; alterius restitutionem non temptabit, nisi qui ludere velit. Horum πινυτός inventum Dielsio debetur, quum ipse πιστός vel πιστεός lectum fuisse minus apte coniecissem.

**477*o*** Cippus fractus marmoris albi a. 0,56, l. 0,59, repertus prope *Velanidezam* in eodem quo is qui praecessit tumulo. Ed. Staïs l. l. p. 28.

Versus hos fuisse in aperto est; sed quum fragmenta minora quo pertineant quave ratione cum maioribus copulanda sint non liqueat, posteriorem carminis partem ut in integrum restituamus fieri nullo modo potest. Prioris partis haec fere verba fuisse conicias:

Σῆμα τόδ' ἐγγὺ[ς ὁδοῦ Φι[λεδ|ήμου κὰν]Θεμ|[ίωνος],
οὓς Θα|[νάτου μοῖρ' ἐπ]έτμεν | - - - -

**477*p*** Monumentum sepulcrale compositum e lapidibus quattuor altero alteri superimpositis, quorum qui est supremus in facie antica a superiore margine paullum detrita inscriptum habet titulum. In eiusdem superficie servata est pars saxi quadrati, cui immissa erat statua, et ipsius statuae, quae erat feminae, pedum duorum particulae. Inventum est monumentum in tumulo sepulcrali, qui situs est prope *Varra* Atticae regionis haud procul a Velanideza, et illatum museo centrali quod est Athenis in urbe. Ed. Staïs Δελτίον 1890 p. 103 n. 18 et p. 111 tab. III, 4.

[Μνῆμ ⏑⏑–⏑⏑ ἔ[δ]ε vel Εἰκόν' ⏑–– τό]νδ]ε φίλης παιδὸς | κατέθηκεν καλὸν ἰδεῖν· | ἀϝυτὰρ Φαίδιμος ἐργάσα]το.

Nomen defunctae, quod carmine inclusum non fuisse constat, separatim scriptum exstitisse ad superiorem lapidis marginem carminique praemissum statuendum est necessario. Monumentum nostrum exeuntis saeculi sexti esse putat editor; ego medio eodem recentius non esse existimaverim.

Ratio illa scribendi, qua αυ et ευ diphthongi per αϝυ et εϝυ litteras efferuntur, dudum innotuit ex inscriptione Naxia illa vetusta celeberrima I. G. A. 409 et titulis Cretensium antiquioribus, ut ἀϝυτάρ scriptum pro αὐτάρ in nostro titulo offensioni iam esse non possit. At Vau littera usos esse Atticos homines saeculo etiamtunc a. Chr. natum sexto, et ita usos esse, ut scriberetur in ἀϝυτάρ, omitteretur simul in ἰδεῖν et ἐργάσατο, metri scilicet cogente necessitate, mirabuntur fortasse, qui nostra aetate falsa sentire de huius litterae usu in sermone Graecorum consueverunt, sed veriora se edoceri passuros esse spero vel invitos. Cf. quem infra exhibebimus titulum dedicatorium.

Notanda denique in titulo Attico producta prior syllaba vocabuli quod est καλόν.

---

**477q** *'Rohe Kalksteinplatte, wahrscheinlich vollständig, obgleich möglicherweise rechts ein Stück vom Rande der Platte abgebrochen sein kann. Länge 0,30, Breite 0,28, Dicke 0,07. In den Buchstaben der ersten Zeile ist die rothe Farbe (Mennig) noch sehr gut erhalten. Grosse Buchstaben. Gefunden 1891 bei der Ausgrabung des Gräberfeldes auf dem Grundstücke des Sapuntzakis, südlich neben der Piräeusstrasse, gegenüber dem Waisenhause Chatzikosta, im Schutt.'* Exscripsit Lolling.

Α ΤΤΙΡ
ΟΝΟΣ

'Ατ - - ρ]ωνος.

---

P. 118. Post n. $491^{36}$ addantur tituli qui sequuntur:

**$491^{37}$** Cippus sepulcralis inventus Piraeei et inde in museum centrale Athenas translatus. Edd. Lenormant *Rhein. Museum* 1866 p. 376 ectypo usus Foucartiano, Kumanudis 'Αττικῆς ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. n. 2008 (minusculis), Roehl I. G. A. n. 13, Koehleri is usus apographo.




'Απολλόδ]ωρος Διο|κλείδα | Μεγαρεύς.

Litteratura quum neque Attica sit neque Ionica, iure Megarica esse statuitur, quippe quae in titulo hominis Megarensis adhibita deprehendatur.

**$491^{38}$** Athenis in aedibus Philemonis, editoris olim diarii, cui *Αἰών* nomen erat, vidit et exscripsit R. Schoell. Lapis calcarius est, litterae leviter incisae. Schoelliano usi apographo edidimus et ego *Studien zur Gesch. des Griech. Alphabets*[4] p. 167 et Roehl I. G. A. n. 334.

ϷΑΜΑΙΝΕΤΟ
ΤΟΠΑΛΕΟΜ

*Δαμαινέτου(ν) | τοῦ(ν) Παλῆος.*

Possidebat postea aedes illas sitas ad viam Musarum prope viam Constitutionis Henricus Schliemann; qui quum et ante aedes et in ipsa area fossas fodiendas curaret, repperit sepulcra haud pauca et cippos aliquot sepulcrales, in quorum numero fuerunt duo hi, quos una cum reliquis edidit ipse in *Mitth. des Deutsch. arch. Instituts zu Athen* XIII (1888) p. 207 seq. (cf. *Δελτίον* 1888 p. 98):

| 1 | 2 |
|---|---|
| ΙΠΠΑΙΝΟΣ<br>ΠΕΙΣΑΝΟΡΙΔΑΣ<br>ΑΡΙΣΣΤΩΝ<br>ΠΑΛΗΕΣ | ΧΑΡΕΑΣ<br>ΠΑΛΕΥΣ |

quosque quarti a. Chr. saeculi esse existimat ambo, ineuntis n. 2. Quae qui reputaverit, non dubitabit profecto, quin etiam noster cippus non aliunde Athenas allatus, sed in eadem illa area Athenis olim erutus fuerit, quamquam nihil ea de re olim aut comperit aut monuit Schoellius.

Nostrum titulum ad quintum saeculum esse referendum vel solo scripturae indicio constat. Litterae neque Atticae neque Ionicae; itaque Palensium fuisse iure nostro concludimus.

Subiungimus his titulos sex sepulcrales ad H. Triada inventos, quos edidit Koehler Hermae XXIII p. 474 seq., antiquiores se eos existimare initiis belli Peloponnesiaci et scripturae et monumentorum formae indicio fretum professus.

---

**$491^{39}$** *'Platte aus weissem Marmor. Grosse unsicher geführte Buchstaben.'*

ΑΡΙΣΤΟΔΗΜΟΣ

*Ἀριστόδημος.*

---

**$491^{40}$** *'Platte aus Pentelischem Marmor. Grosse schöne Schrift.'*

ΜΥΡΤΙΛΟΣ
ΠΡΑΣΙΕΥΣ

*Μυρτίλος | Πρασιεύς.*

---

**$491^{41}$** *'Platte aus Pentelischem Marmor. Grosse regelmässige Schrift.'*

ΙΕΡΑ

*Ἱέρα.*

---

**$491^{42}$** *'Kleiner Pfeiler aus Pentelischem Marmor. Der Stein ist auf beiden Seiten nicht rechtwinklig geschnitten, sondern in derselben eigenthümlichen Weise — abgeschrägt, wie — andere derselben Epoche.'*

ΕΡΜΟΤΕΛΗΣ
ΑΡΙΣΤΟΝΟ
ΤΟΡ ΩΝΑΙΟ
Σ

*Ἑρμοτέλης | Ἀριστόνου | Τορωναῖο|ς.*

---

**$491^{43}$** *'Tafel aus Pentelischem Marmor.'*

ΗΡΟΣΤΡΑ
ΤΟΙΣΤΑΓΙΡ
ΙΤΟ

*Ἡροστρά|του Σταγιρ|ίτου.*

---

**$491^{44}$** *'Kleine Tafel aus Pentelischem Marmor.'*

ΣΙΜΟΣΤΛΗΜ
ΠΟΛΕΜΟΑΒΥ
ΔΗΝΟΣ

*Σῖμος Τλημ|πολέμου Ἀβυ|δηνός.*

Tres habes homines peregrinos et praeterea duo, Aristodemum et Hieram, qui cuius generis fuerint nescitur; quorum quidem omnium tituli Ionica utuntur litteratura. Sextus ille Myrtilus Prasiensis utrum civis Atticus fuerit an e Prasiis Laconicis oriundus, non liquet, neque tituli litteratura, quae Attica non est, utrum Ionica sit necne diiudicari potest.

---

P. 123. Adde:

**$528^{1}$** Cippus terminalis quadrangulus marmoris Pentelici, a. 0,78, l. 0,25, cr. 0,14, repertus in puteo antiquo prope lanificium Spyr. Pyrrhi, quod est in Athenarum suburbio *Ampelokipi*, et donatus societati archaeologicae. Lateris antici pars superior laevigata ad titulum recipiendum. Ed. Kumanudis Ἐφημ. ἀρχ. 1889 p. 51 n. 1.

ΗΙΕΡΟΝ:
ΔΙΟΣ:ΜΙ
ꟷΙΧΙΟ:Α
ΗΣ:ΑΘΗΝ
ΑΙΑΣ

*Ἱερὸν*
*Διὸς Μι-*
*λιχίου, (Γ)-*
*ῆς, Ἀθην-*
*αίας.*

Vs. 3 extr. A quadratarii errore incisum esse pro Λ statim viso lapide coniecit Semitelos, ut nos fando audivimus; quae coniectura quin vera sit non puto posse dubitari. Cf. Kernii nota in *Mitth. des Deutsch. arch. Institute zu Athen* XVI (1891) p. 10. 11, 2.

Ceterum notanda vocalis littera H Ionum more adhibita in titulo Atticis ceteroquin litteris scripto eoque satis vetusto, quippe qui sibilantis litterae formam Ϟ servet constanter.

---

**528[2]** *'Roh behauene Platte aus grauem Marmor, Breite 0,30, Höhe 0,28.'* Erutus lapis Piraeei et illatus museo Piraeensi. Ed. Δελτίον 1888 p. 67 (minusculis). Exscripsit Lolling.

Η Ο Ρ ∪ ⌣
Δ Ι Ο Ν Υ Σ Ι Ο

Ὅρος
Διονυσίου.

---

**528[3]** Cippus marmoris Pentelici a. 0,65, l. 0,18, cr. 0,11, repertus Athenis in via Stadii inter rudera sepulcreti. Ed. Kavvadias Δελτίον 1889 p. 126 n. 6 (minusculis). Exscripsit Lolling.

Η Ο Ρ Ο Ϟ

Ὅρος.

---

**528[4]** Lapis terminalis marmoris fusci, a. 0,38, l. 0,17, laevigatus prope marginem superiorem ad titulum recipiendum. Erutus est in urbe Athenarum in area Bancae ad forum Concordiae sita eiusque beneficio museo illatus; cf. Δελτίον 1889 p. 251 n. 52 et 1890 p. 48 n. 22. Exscripsit Lolling.

Η Ο Ρ Ο Σ

Ὅρος.

---

**528[5]** Lapis terminalis eiusdem generis, a. 0,90, l. 0,25, cr. 0,09, repertus loco eodem; cf. Δελτίον 1890 p. 48 n. 23. Exscripsit Lolling.

Η Ο Ρ Ο|

Ὅρο[ς].

P. 125. Post n. 560 adde:

**561** Lapis parvulus (a. 0,055, l. 0,02, cr. 0,018) albicans quadratus, forma oblonga, erutus in arce. In parte adversa litterae leviter incisae et, si fides Lechatio, rubro colore tinctae. Edd. Kavvadias Δελτίον 1888 p. 45 (minusculis), Wolters *Mitth. des Deutsch. arch. Inst. zu Athen* XIII (1888) p. 110, Lechat *Bull. de corr. Hell.* 1888 p. 336.

Λ V Σ Ι Ο
Ε Ο Σ ⁝ Μ Ι Κ Ι
Ω Ν Α Φ Ι Λ Ι
Ν Φ Ε Σ Ι Μ Α
Λ Ι Σ Σ Τ Α
Τ Ω Ν Ε Ν
Τ Ε Ι Γ Ο
Λ Ε Ι Α Ν
Δ Ρ Ε Ι Ο Σ
Γ Α Ρ Ε Σ Τ
Ι

*Var. lect.* Vs. 1 Υ Lechat | vs. 4 Α Wolters | vs. 6 *'Das Ω (cf. vs. 3) ist als rings geschlossener Kreis mit zwei kleinen Auswüchsen gebildet. Der zweite Buchstabe der sechsten Zeile ist nicht absolut sicher, aber wahrscheinlicher Ω als O'* Wolters; eo loco ο et ω Kavvadias, O Lechat | vs. 9 et 10 P pro Ρ Wolters | vs. 10 Α idem.

Λυσίθεος Μικί]ωνα φιλ(εῖ)|ν φησι μά|λιστα | τῶν ἐν | τῇ πό]λει· ἀν|δρεῖος | γὰρ ἐστ]ι.

Litterae Ionicae, sed ita formatae, ut titulus medio seculo quinto posterior existimari nequeat. Attici tamen auctoris manum prodit H litterae usus in φησι et τῇ neglectus.

---

**562** Fragmentum marmoris erutum in arce, cui rubro colore inscriptae litterae. Ed. Kavvadias Δελτίον 1888 p. 202 α.

Κ Α V Ο Ϟ
Α Ρ ✝ Ι Α Ϟ

Καλὸς | Ἀρχίας.

---

**563** Fragmentum lapidis qui πῶρος vocatur, a. et l. 0,15, cr. 0,06, inventum iuxta Ἀ. Τριάδα (cf. Δελτίον 1889 p. 251 n. 51 β). Exscripsit Lolling.




Genus monumenti incertum. Superesse videntur nominum laciniae: vs. 1 ̓ΑΘ[ην - -, vs. 2 - - |φρο[ν - -

**564** *'Erganeterrasse. Fragment eines grossen weissen Marmorblockes, rings gebrochen, Länge 0,46, Breite 0,30.'* Exscripsit Lolling.

> I
A
N M
Γ P I >I
E Π
I H
, E M I
\ I O
\ T O
I E N
S T
*vac.*
Ͱ
A
III
Π HI

---

**565** Fragmentum marmoris albi undique decurtatum. Litterae altae c. 0,01. Athenis olim apud venditorem quendam rerum antiquarum, nunc conditum in museo epigraphico. Exscripsit Lolling.

Ͱ O N Ŀ
E P Λ E
I Ͱ Ͱ \
P A N I/
B Y Δ Ր
) K A

Ethnicorum has diceres esse reliquias ad unam omnes, quum praesertim vs. 2 'Ιλλυ[ριός] fuisse certum videatur, nisi obstaret vs. 2, cuius quae restant vix possunt nisi de - εὐ]εργε - superesse existimari.

---

**566** *'Erganeterrasse. Fragment einer weissen Marmorplatte, breit 0,29, lang 0,11. Die letzte Zeile sicher Kritzelei.'* Exscripsit Lolling.

A Ͱ K III
IIII A X
K Ω N Ϟ

---

**567** *'Rings gebrochenes Fragment aus weissem Marmor.'* Erutum est in arce orientem versus ab Erechtheo editumque e Lollingii apographo in *Sitzungsber. der Akademie der Wissensch. zu Berlin* 1888 p. 313 n. 2.

II O IIIIIIII
II Φ IIIIIIII
IIIIIIIII) E
IIIIIIIIIN E

**568** Fragmentum lapidis Pentelici a. 0,16, l. 0,20, cr. 0,23, inscriptum litteris grandibus ('ἴως 0,045'), quod quo loco urbis Athenarum repertum sit non adnotatur. Ed. Kumanudis Ἐφημ. ἀρχ. 1890 p. 152 n. 3, qui de monumento choragico superesse existimat.

. . . . . .
. . K E Δ . .
. . O S E . .

---

**569** *'Gefässstück welches rund zugeschnitten und auf dessen schwarzen Firniss dann rundläufig eingegraben worden ist':* Eruta est testa una cum aliis permultis in arce e stratis orientem versus a Parthenone servabaturque, quo tempore Benndorfius eam delineavit, in aedicula prope Erechtheum sita, quam Tholon vocare consueverant. Ed. Benndorf *Griechische und Sicilische Vasenbilder* (1870) tab. XXIX n. 10 p. 50.

I. e. Μεγακλῆς [Ἱππο]κράτους Ἀλωπεκῆθε, ut recte legit et supplevit editor, testam hanc esse ex earum numero sumens probabiliter, quae usu venerant in testarum suffragiis, Megaclem vero, cuius nomen in ea notatum legitur, avum maternum intellegendum esse illum Alcibiadis Cliniae f., quem testarum suffragiis aliquando urbe pulsum esse testatur Lysias in or. c. Alcib. 39 (Andocides qui fertur c. Alcib. 34); quam veram esse coniecturam docuit Aristoteles, qui in libro de rep. Atheniensium p. 59. 61 ed. Lond. εὐθὺς, inquit, δὲ τῷ ὑστέρῳ ἔτει ἐπὶ Τελεσίνου ἄρχοντος (Ol. 73, 2, a. Chr. n. 487/6) — ὠστρακίσθη Μεγακλῆς Ἱπποκράτους Ἀλωπεκῆθεν, Androtionis in his, ut videtur, secutus auctoritatem. Quae quum ita sint, Dinomache, Alcibiadis mater, Megaclis non Clisthenis, ut vulgo putatur, sed Hippocratis filii eiusdemque Periclis avunculi filia fuisse statuenda erit necessario. Megaclem Megaclis f. Alopecensem habes n. 122. 123. 149. 150; scriba is fuit quaestorum Minervae anno Ol. 88, 1 (428/7 a. Chr.).

---

**570** Testa vasculi figuris nigris picti, inventa *'im Perserschutt östlich vom Parthenon.'* Litterae scalpello incisae satis eleganter. Ed. Studniczka in *Jahrbuch des Deutsch. archäol. Institute zu Athen* 1887 p. 161.

I. e. Ξάνθιππος | Ἀρρίφρονος, pater scilicet Periclis, quem item testarum suffragiis urbe pulsum exilium passum esse idem tradit Aristoteles l. supra l. p. 61 μετὰ δὲ ταῦτα τῷ τετάρτῳ ἔτει (Ol. 73, 3 a. Chr. n. 486/5) — πρῶτος ἐστρακίσθη τῶν ἄπωθεν τῆς τυραννίδος Ξάνθιππος ὁ Ἀρίφρονος (Heraclides qui fertur Ponticus 1, 7).

Ceterum quo sive casu sive usu factum sit, ut eiusmodi testae in arcem transportarentur vel ibi deponerentur, in dubio relinquendum est.

**571** '*Fragment vom Fusse einer Lekythos. Gefunden März 1891 im Schutt alter Gräber an der Peiraeeusstrasse gegenüber dem Waisenhause des Chatzikósta.*' Ed. Καββαδίας Δελτίον 1891 p. 21 (minusculis). Delineavit Lolling.

Ξάνθιππος | Ἀρρίφ-

Haec qui testae incidit, patris nomen Ariphronis imperfectum videtur reliquisse. Usus autem est duplicata littera Ρ plane ut is, qui scripsit n. 570; contra in Xanthippi nomine exarando Θ formam noviciam adhibuit pro ⊕ vetustiore, qua alter ille uti maluit.

**572** Fragmentum simae marmoreae fastigii, repertum in arce inter rudera tumultu Persico antiquiora, cui incisa quadratarii signatura. Ed. Wiegand in *Antike Denkmäler herausgeg. vom K. Deutsch. arch. Institut* I 1890 p. 39.

ΑΙΕΤΟ
+

Αἰετοῦ Χ.

P. 126. 127 n. 373 w. Paterarum fragmenta 1. 9 *a b*. 12 unius eiusdemque esse vasculi cognovit Lolling (Δελτίον 1888 p. 96 n. 8), hisque addendum esse quintum id, quod post reliqua inventum in fundamentis templi Romae edidimus ex eius apographo in *Sitzungsberichte der Akad. der Wissensch. zu Berlin* 1888 p. 240 n. 4 (12 *a*). Quibus ex ordine compositis titulum restituit hunc:

1 9*a* 12*a* 12 9*b*

1) ΠΟΛVΧΣ ΞΝΟΣ:/Η ΘΜΝΞΣΟΝΟΣ:ΤΟ ΦΞΟΣ:ΑΝΞΘ //:ΑΠ/

Πολύξενος ὁ Μνήσωνος τοῦ [κνα]φέως ἀνέθ[ηκεν] ἀπ[αρχὴν τῇ Ἀθηναίᾳ].

Item fragmenta 3 et 4 coniungenda esse intellexit et copulanda cum n. 369 et duobus aliis fragmentis recens repertis (cf. Δελτίον 1889 p. 118 n. 1), tituloque compositi hoc transmisit apographum:

3 | 4 369

2) ΙЯΤΙΔΑ⅃⅃ΑΠ<ƎΤΙ | ϽЯΜƎ///ƎΟƎΜΑ

-- ἀνέθη[κ]εν Βε -- ίτης Παλλάδι Τρ[ιτογενεῖ].

Medio versu quae verba scripta fuerint incertum.

Deinde tituli n. 8, cuius fragmenta *d e* artissime cohaerere intellexit, novum addidit fragmentum *f* (cf. Δελτίον 1889 p. 118. 119 n. 2), ut redintegrati tituli iam haec forma sit ex apographi recens transmissi fide:

*a* *b* *d e* *c* *f*

3) ΙΚVΘ\ΟΣ:ΑΝ\ΝΕΣ|ΑΠ|ΕΝΑ

[Σ]μίκυθος ἀν[έθηκεν ὁ -]νησ[-] ἀπ[αρχὴν τῇ Ἀθ]ηνα[ίᾳ].

Versu medio ὁ Μ]νήσ[ωνος Lolling nimis audacter; poterat etiam ὁ Ὀ]νησ[ίμου et alia praeterea multa.

Praeterea tituli n. 10 fragmenta alio ordine coniungenda esse cognovit exemto fragmento *c*; id enim ad titulum potius n. 373 v (cf. quae supra suo loco adnotata leguntur) referendum esse (cf. Δελτίον 1888 p. 96 n. 6—7). Haec igitur evasit forma tituli e fide apographi Lollingiani:

*b* *a* *e* *d*

4) ΞΛ//////////:ΚΑΙ:ΗΑ//////ΟΝ:ΑΝΕ

quae sic ipse legit et supplevit l. l.:

[Ἡ]γη[σίας] καὶ Ἅ[γν]ων ἀνέ[θηκε] vel ἀνέ[θεσαν --

Denique eximendum esse omnino ex huius generis monumentorum numero fragmentum n. 23 adparuit adaptato altero, quod item in arce inventum est a Parthenone meridiem et orientem versus (cf. Δελτίον 1888 p. 96 n. 5). Est potius '*die runde Bekrönung eines Untersatzes, auf der Oberfläche Einsatzvertiefung von eigenartiger Form,*' prouti nuntiavit Lolling, tituli paullum adaucti exemplum transmittens hoc:

*vac.* O Ɛ Ⱶ O ⅃ . . . . M A N Ɛ Θ Ɛ K Ɛ N *vac.*

Θελοδ[ικός? Lolling] μ' ἀνέθηκεν.

Contra in eius locum succedat titulus, quem subicimus, scriptus ille in tribus fragmentis paterae marmoris Pentelici, quae disiecta invenerunt in arce, edidit Lolling Δελτίον 1888 p. 91 n. 8 (minusculis). En exemplum ab eodem transmissum.

\ I T Ɛ M A N Ɛ Θ Ɛ K Ɛ N A Π A . . . // T A Є / . . . . Λ I *vac.*

-- κρ]ίτη μ' ἀνέθηκεν ἀπα[ρχὴ]ν τἀθ[ηναί]ᾳ.

---

P. 129. Post n. 116y adde:

**116z** '*Fragment einer 0,10 dicken weissen Marmorplatte, oben Rand erhalten. Länge 0,40, Breite 0,13.*' Erutum est in arce e fundamentis templi Romae deae editumque e Lollingii apographo in *Sitzungsberichte der Akademie der Wissensch. zu Berlin* 1888 p. 242 n. 15. Utimur praeterea eiusdem ectypo chartaceo.

A N T I O X I Σ
/\ M M A T E Y E
/\ I N E Σ A I E
Γ O I Π P O X Σ
// P A B O I K A
// O Σ O Σ I A //
// Σ Π O I E N O
// A Θ E N A I O
// Σ T I N A A \
Ⱶ E O // Π O O
K A Θ A Π E P
Δ E A Y T O I
\ A A Δ I K E
/ A Ⱶ Ⱶ O Σ //
Ⱶ E Y

Latitudo lapidis quamvis quanta fuerit certa ratione definiri nequeat, tamen maior fuisse deprehenditur, quam ut lacera litterarum vestigia legi et suppleri omnia sententiarumque connexus restitui possint.

Vss. 1—3 [Ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ.] Ἀντιοχὶς [ἐπρυτάνευε, ὁ δεῖνα ἐγρ]αμμάτευε, [ὁ δεῖνα ἐπεστάτει. ὁ δεῖνα εἶπε· ἐπ]αινέσαι E--, vs. 4 -- αὐ]τῷ προξ[ενίαν --; vs. 5 nomen videtur habuisse Ἀ]ράβῳ vel etiam Κα]ράβῳ κα[ί --, vs. 6 lectio tam ambigua, ut temptare nolim, vs. 7 --ς ποιεῖν ὅ[τι δύνα(ν)ται?, vs. 8 - Ἀθηναιο--, vs. 9 - ὅ]πως ἂν αὐ[τ--, vs. 10 in. fortasse - πό]λεω[ν] fuit, vs. 11 quod restat fieri potest ut supersit de formula solemni - ὁ δεῖνα εἶπε· τὰ μὲν ἄλλα] καθάπερ [τῇ βουλῇ -, vs. 12 -- δὲ αὐτο[ὺς vel αὐτῷ[ι --, vs. 13 - μηδέ]να ἀδικεῖ[ν --, vs. 14 - ἄλλους -?

---

